

3007 in agro Lancianensi nel sito detto l'Abbadia presso Frisa.

PROBO  
XXII  
FIERI

Bucachius ms. vol. I.

3008 [= 5298] urna ornata rep. Romagnuoli cum operculo adplumbato ROM. (apud Ant.). Anxani apud Bucachium BVC. In domo de Giorgio vidi EGO; frustra ibi quaesivit DRESSSEL.

OSSA · SITA  
RIMMIAE · C · F · POLLAE

Descripti. Bucachius ms. vol. I; Romanelli apud Antinorium ant. Fr. 1, 490 et scov. Frent. II p. 38 qui vidit.

OSSA · SITA | RIMMIAE · H · OLLAE Buc., OSSA · MEMMIAE · SITA · IN · HAC · OLLA Rom.

3009 [= 5299] MD p. ab Anxano rep. nel piano di S. Giusta.

ANTA · LIB ·  
IAE

FELICIS · CERNE · VIATOR  
S · CARA · SVPERSTITIBVS  
5 DEDIT · VBERIS · ANXIA · LACEM  
RATVS · HONORE · DEDIT  
nu TRICI · FECIT · ALVMNVS  
MANIBVS · HVNCINEREM 'sic' ms.

Pollidoro misit nuper reperi-  
tam amicus nescio qui An-  
xanensis, cuius manu scri-  
ptae litterae extant Pollidori  
codici insertae f. 164; ipse  
inde descripsit f. 125, ed.  
omissis 1. 2 Antinori ant.  
Frent. 1, 91 et Romanelli  
scov. Fr. II, 86. Quare  
quamquam venit ex libro

Pollidori, carmen non est Pollidorianum neque damnandum.

3010 Lanciani rep. nella contrada di S. Amato BVC. Est apud dominos de Giorgio.

N · NIS · XXIII  
DIEB · X ·  
I T P V C

Dressel descripsit. Bucachius ms. vol. II.

## LXV. ORTONA (Ortona).

Ortona (sic Plinius et itineraria; Ὀρτων Strabo et Ptolemaeus) collocatur in ora Frentanorum a Strabone (5, 4, 2 p. 242: Ὀρτων ἐπὶ νεῖον Φρεντανῶν, ubi quae sequuntur Ὀρτωνίον ἐστὶν ἐν τοῖς Φρεντανῶς πέτραι ληστρικῶν ἀνθρώπων, οἷς αἱ οἰκίσεις ἀπὸ τῶν ναυαγίων πῆγνονται καὶ τὰλλα θηριώδεις εἶναι ab inepto interpolatore adiecta sunt) et Plinio 3, 12, 106 (hortona Leid.), in ora Paelignorum a Ptolemaeo 3, 4, 19 (v. p. 263). Praeterea meminerunt eius Marcellinus comes p. 326 Ronc. et itineraria (v. p. 204 n. VI). Titulus Africanus Verecundensis vol. VIII

n. 4194, in quo nominatur Cn. Baebius quidam Cn. fil. Stellat. Caerealis Ort., a Grottefendio trib. p. 66 ad Ortonam hanc relatus est non recte; nam in eiusdem hominis altero titulo nuper eruto ibidem (vol. VIII n. 4249) dicitur *municeps Ortonorum atque Falerien[sium]*, significatur igitur Hortanum Etruriae (Plin. 3, 5, 52).

Genuinum titulum unum Ortonensem habemus nuper repertum; falsos plures tam Ligorianos quam Pollidorianos suo loco (n. 314\*—320\*) reperies.

3011 litteris parum bonis. Ortonae rep. in via Ripe, est apud canonicum de Benedictis.

D M S  
sic ACRIVM MAXIM I  
NVS SANONIAE VRBI  
CE BENE MEREN VIX  
5 IT ANNOS XXVIII ME  
sic N SEX CVM QVA VI  
XI ANNOS XVII  
BENE MERENTI  
FECIT

Nissen descripsit.